

marscalcus episcopi et Lambertus frater eius, Gerhardus miles de Kezcelesdorph et Henricus frater eius et alii quam plures de familia domini episcopi.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. Das an einer weissleinenen Schnur befestigt gewesene Siegel ist abhanden gekommen.

No. 154. 1227. 8. Apr.

B. Bruno II. von Meissen eignet dem Kloster 16 Schock Zehnten im Dorfe Krögis.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Bruno secundus dei gratia Misnensis ecclesiae episcopus. Quoniam ea quae ex donatione fidelium ecclesiis conferuntur auctoritatis nostrae robur expectant, ut rata permaneant in futurum, notum facimus tam praesentibus quam futuris Christi fidelibus universis, quod nos ob animae nostrae remedium, ad instantiam etiam et preces honestorum virorum Alberti praepositi sanctae Aefrae et Rudegeri militis XVI scocos decimarum in villa Criguz^{a)}, quos Wernherus et Pribizlaus fratres de Tanninberch in manus nostras publice resignarunt, de consensu capituli nostri ecclesiae contulimus memoratae. Unde ut eadem nostra donatio ecclesiae ipsi rata permaneat in futurum, praesentem paginam inde conscribi et sigilli nostri testimonio iussimus communiri. Actum Misnae VI^o. idus Aprilis anno domini millesimo CC^o.XXVII^o. pontificatus nostri XIX^o. Huius rei testes sunt Nicolaus Budisnensis praepositus, Albertus sanctae Aefrae praepositus, Rudegerus de Criguz, Wernherus et Pribizlaus de Tanninberch milites.

Nach dem Chart. monast. s. Aefrae I. fol. 9 II. 65.

a) Krögis, Eph. Meissen.

No. 155. 1235. 29. Nov.

Markgraf Heinrich der Erlauchte eignet der Afrakirche vier Hufen in Reichenberg, welche von ihm Burggraf Meinher II. und von diesem Thimo von Radeberg zu Lehn gehabt hat.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Henricus dei gratiae Misnensis et Orientalis marchio omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris in perpetuum. Malitia temporis nos impellit, ut facta et donationes, quae ad honorem dei et ecclesiarum eius fiunt, contra modernorum versutias taliter muniamus, ut a nullo valeant in posterum impedi vel etiam immutari. Inde siquidem est, quod notum esse volumus universis has litteras inspecturis, quod nos principaliter habentes respectum ad deum nec non pro remedio clarae memoriae animae patris nostri quatuor mansos sites in villa Reichenberc^{a)}, quos nobilis vir Meinherus burgravius de Misna a nobis iure tenuit feudali et Tyemo de Radeberc ab eodem, a Tyemone resignatione in manus burgravi primo facta, postmodum vero eosdem mansos nobis burgravo resignante cum omni iure, quod eis nunc inest et etiam inesse poterit in futurum, cultis etiam et incultis et omnibus aliis pertinentibus ad eosdem, contulimus ecclesiae sanctae Aefrae in Misna iure proprietatis perpetuo possidendos. Ut autem

a) Reichenberg, Eph. Radeberg.